



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

16 Feb. 14 Kal. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

lices poma salubria, agris producerent; ut pufillus corpore Bressenensium Regulus, post brevem somnū, se corpore procero conspicuum miraretur.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 44.

S. MARIA, qua, hoc die, brachium saucii cujusdam, & reliqua vulnera pretioso unguento ungens, repente omnia persanasti. Sana mea vulnera: miserere saucia anima mea!

16 Feb. 14 Kal. Martii.

S. Juliana Virgo, quæ è capillis suspensa, liquato are perfusa, sed illæsa, dæmonem, boni Angeli specie, mala suadentem ut vinceres, orasti, & auditâ è cælo voce, dæmonem illum tenere iussa, illum apprehendisti, quis esset? interrogasti; illo respondente, se esse dæmonem Belial, amatorem luxuriæ ac dissensionum. Illum ergo alligatum, verberatumque in forum duxisti, & in locum plenum sordibus abjecisti: ignem, ad quam damnata eras, piis lacrymis extinxisti; lebetem ferventis aquæ, precibus dirupisti; caput pro Christo dedisti. Ora pro me; ne me arte ullâ unquam

quam fallat Angelus tenebrarum,
 præcipuè in morte, cum æternitate
 luctantem. Tu illum alliga; ut plus
 tua pro me oratio efficiat, quàm
 quicquid aliud contra me. Amen.

S. Onesime Ep. pro Christo lapi-
 date.

Sancti Juliane Ep. Joannes Dia-
 cone, & quinque millia Marty-
 rum.

Sancti Elia, Hieremia, Eſaia,
 Samuel, & Daniel, Martyres Ægy-
 ptii, torti, & gladio percuffi.

S. Porphyri, Pamphili Martyris
 famule, & S. Seleuce, cruciati; al-
 ter incendio, alter gladio Martyr.

S. Faustine Epifcope.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 44.

*S. MARIA Gravelingana, qua in-
 firmo, tibi per votum supplici, ad qua-
 tuor horas, per triduum, illuxisti, ſa-
 nãſti, ſolatiis dulciſſimis recreãſti: do-
 ce me ita orare, ut merear non deſeri
 à te!*

17 Feb. 13 Kal. Martii.

S. Sabine Ep. qui hominum co-
 gitationes, & corda vidisti,
 etiam cæcus; cui propinatum vene-
 num nocuit propinanti. Jam post
 mortem